



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Annotationes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- 7 Sacerdotes.
- 8 Initiatī sacerdoti.
- 9 Clerici.
- 10 Moniales sua Ordinar.
- 11 Administratores locorum pitorum.
- 12 Confratres.
- 13 Quætores eleemosynarum.
- 14 Officiales curiæ Episc.

## ANNOTATIONES.

**C**irca 2. intellige de Abbatibus secularibus exemptis.

**C**irca 3. non visitantur Canonici exempti à S. Sede Apostol. quod si procedat Episcopus extra actum visitationis generalis, eligi debent duo de capitulo, de quorum consensu procedatur, ex Trident. sess. 25. cap. 6. si nimis irum Canonici sint exempti alios non exemptos visitat Episcopus prout voluerit: sed tamen in loco capitulari, seu alio commodiore, ut Sacra Congreg. respondit Episcopo Abulensi ad octauam.

**C**irca 6. Fuscus notat lib. 2. cap. 7. quod nomine beneficij intelligitur Canonia, Prebenda, Dignitas, Personatus, Vicaria, Praestimonia, Pensio ad vitam assignata pro titulo: immo & beneficium de mensa, & Terra beneficialis, seu ruralis, cuiusmodi Neapoli habentur, quia scilicet orare oportet pro anima relinquentis, & capellania.

In Declarationibus S. Congreg. Concilii Trid. excipiuntur à Visitatione sub collectores Camera Apostolica, & licet beneficiati in respons. ad Episc. Segobiens.

**C**irca 11. Pia Vniuersitatim loca non sunt obnoxia redditioni rationum Ordinario ex Declar. S. Congregat. neque Administratores Regulares tenentur reddere rationem Monasteriorum, licet pia loca dicantur.

Ratio quoque sumptuum Fabrica & Ecclesiastica, si aliter in institutione statutum sit, non est reddenda Episcopo Casterum, et si alijs Administratores reddere debeant, non tamen excluditur Episcopus, qui cum ijs unicum habet votum in eorum absolitione: alias non valet. Hac Sacra Congregatio, in Declarat. sess. 22. cap. 9. Vide, qua diximus §. 6. circa octauum.

**C**irca 12. & 13. Fauet Trid. expresse in d. cap. 9. sess. 22.

Addes; posse Episcopum visitare, & corrigerem regularem extra monasterium decentem, etiam sui Ordinis priuilegijs praetextu munitum, ex Trid. sess. 6. c. 3. si tamen degerit sine licentia superioris, ut ibidem Sacra Congregatio, ex eadem Conc. sess. 25. c. 14. de regul.

Item posse punire cum regularem tanquam defertorem sui instituti qui sine mandato superioris in scriptis obtento repertus fuerit extra conuentus suos etiam praetextu adeundi superiores ex Trid. sess. 25. cap. 4. n. 1. assert de notorio grauamine, ait F. Eman. 10. 1. q. 30. art. 3. qui praecep. quest. art. 1. assert Decretum Sacra Congregationis mitiorem in partem emanatum.

Casterum in visitatione personarum satius erit si Episcopus solus cum Notario queque examinet, vel etiam in aliquibus sine Notario, ut maiori cum fiducia de absentibus loquantur emendandis.

Index, & Ordo agendorum in Visitatione. §. VIII.

- 1 **N**unc deueniendum est ad ipsam Visitationem, cuius ordo ex Pontificali Rom. est.
- 2 Recipiat Episcopus, in locis insignioribus saltem, processionaliter, ut in Pontificali; non extra portam, ex Cærem. Episc. lib. 1. cap. 2.
- 3 In minoribus locis cum rochetto, & mozzetta, osculo Crucis in porta Ecclesie, incensatione à dignitate ex clero visitando, induit pluiali albo.
- 4 Episcopus autem genuflexus quidem osculatur Crucem, sed stans cooperito capite incensatur.
- 5 Orat ante Altare; & apud Altare, quod osculatur, benedic populo solemniter.
- 6 Si hora est, celebrat Missam, vel audit. excipit Clerum ad obedientiam cum osculo manus. in Missa sermonen habet, & communicat.
- 7 Sex facit in sermone, que habentur in Pontificali, sed arbitrio suo.
- 8 Fit confessio, & absolutio generalis cum Indulgentia post sermonem quam publicabit Canonicus, seu Parochus Ecclesie.
- 9 Induitur Episcopus amictu supra rochetum, stola, pluialis coloris nigri, & mitra simplici, & facit ablutionem Defunctorum Episcoporum, & aliorum, ut in Pontificali, sive per Ecclesiam, sive per cœmeterium procedendo, cum Cruce, candelabris, aqua benedicta, & incenso; clero cantante Psalmos, & Responsoria.
- 10 Assumpta stola, & pluiali albo, accensisque intorticijs, visitat Sacrolancastam Eucharistiam, quam prius & postea incensat.
- 11 Depositis paramentis, visitabit Baptisterium Olea sacra, Sedes confessionales, Reliquias Sacras; tum Altaria, Capellas, Sacras imagi-